Ioannis Bernardi Diaz de Lu-co, decretorum doctoris Hiſpani, ac inuictiſsimi Romanorum Imperatoris, ac Hiſpaniarū regis Caroli quinti à cōſilijs, Practica criminalis canonica, nuperrimè ędita, in qua omnia ferè flagitia quæ à clericis committi poſſunt, cum eorum pœnis deſcribuntur.



Cum priuilegio Cæſareo.

Apud Guillelmum de Millis. M. D. XLIII.

del Colegio de la Comp. de Jhs de Salamanca.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Prooemium.

SICVTI dignum & ſacræ ſcripturæ conſonum fuit, legibus humanis eximere eos, qui in ſortem domini uocari meruerũt (quos clericos appellamus) nec pati earũ ſeueritate puniri, ſi quãdo eos labi fecerit humana fragilitas (quæ cuiuſuis ordinis ſuſcepti, ſeu profeſsionis amplexatæ regulis, nuſquam ſic poteſt ſubiugari, quin aliquando reſiliat) ſic etiam neceſſarium fuit, (ne clerici tali immunitate inſolentes effecti effrenatè uiuerent) ſanctionibus ſacris noxios eorum affectus compeſcere, & in earũ tranſgreſſores animaduertere. Quam obrem in aurea ac florentiſsima illa militãtis eccleſię ætate, per religioſiſsimos ſuos gubernatores, aduerſus omnia ferè (quæ à clericis poſſunt perpetrari facinora) deſcriptæ extãt ultiones ac pœnæ. Tantus inſuper fuit in illis antiquis ac ſanctis patribus clericalis honeſtatis zelus, ut aliquando leuia etiam & parum pernicioſa crimina ſub grauibus pœnis prohibuerint. Sic tandem clericorũ exceſsibus pœnas condignas ſtatuerũt, ut niſi executorum tepiditas ac ſegnicies illas parũ metuendas reddiderit, non minus illę clericos omnes à perpetratione criminum cohibere poſſent, quàm ſibi ſubditorũ uitia reprimũt Cæſareę leges, quæ mẽbrorũ trũcationes, ac uitæ periculũ cõminãtur. Itaq; ſæpe mecum ſanctorũ illorũ patrũ zelũ cõſideraui, huius autẽ tempeſtatis incuriã contẽplatus ſum, qua priſtina illa ac pia inſtituta nõ modò ob non uſum abrogata, ſed per cõtrariũ uſum cõtẽpta, ac irriſa cuiuis licet intueri. Pręterea quæ in clericali ſtatu hinc ſucceſſerint incõmoda, ac quãtus cẽſurarũ adſit cõtemptus, qualis morũ peruerſio ſubſit, penſitaui quàm pluries. Et ſummo quodam ardens deſiderio, ut ſacrarum illarum ſanctionum gladius (Iudicum inertia, ac tepiditate, ne dicam uitioſa, muneribuſqúe redempta diſsimulatione, magna infectus rubigine) purgatus ſplendeat,

Index omnium capitulorum in hoc uolumine contentorum alphabetico ordine deſcriptus.

A.

Ab eccleſijs ad quas confugerunt extrahi. cap.cxv. folio.99

Ab ingreſſu eccleſię interdici. cap.cxxj. fo. 108

A' collatione ordinū ſuſpenſo. cap.xxvj. fo.19

Adulterij. cap.lxxix. folio.65

Aliquoties inſuper celebrando corpus & ſanguinem Domini non percipiebant. cap.xxxviij. fo.25

Aleatores. cap.lxiiij. fo.46

Aliquo lapſu temporis non obſtante. cap.cxxxix. fol.130

A' manifeſtis uſurarijs oblationes recipientes, eoſq; eccleſiaſticæ ſepulturæ tradentes. cap. lxxxiij. fo.69

Apoſtatæ. cap.ciiij. fo.88

Arbitrarijs puniri. cap.cxxxviij. fo.129

B.

Beneficia plura poſſident. cap.xlij. folio.26

Beneficijs priuari. cap.cxxiij. fo.109

Beneficia. cap.x. fo.10

Bigami. cap.xvj. fo.13

Blaſphemi. cap.ciij. fo.86

Bona eccleſiæ dilapidantes. cap.lxv. fo.48

Bonorum publicatione puniri. cap.cxxiiij. fo.112

C.

Capi. cap.cxiiij. 98

Calumniatores. cap.lix. fo.39

Clādeſtinis nuptijs ītereſſentes. cap.lxvij. f.51

Carnificum ſeu macellariorū, aut tabernariorum officium publicè & perſonaliter exercentes. cap.lxiij. folio 45.

Denunciatio.

CAPVT I.

CORAM VOBIS DOMINO N. Officiali ac Vicario generali, ego N. Presbyter promotor ſeu fiſcalis curię ueſtrę, denuncio ꝙ Coluberius & Serpelion diœceſis huius originarij, in ea domiciliũ habentes, & beneficia, grauia & plura perpetrarunt facinora. Cùm enim laici eſſent, ſine ordinibus miniſtrare, ac celebrare ſunt auſi. Tandem uerò excommunicati, illegitimi, rebaptizati, bigami, ſerui ſine dominorum ſuorum licentia, & illiterati, & poſt peractam pœnitentiam ſolennem, per ſaltum, furtiuè, extra tempora, & ante ætatem debitam, & ab alieno epiſcopo, ac ſimoniaco, excommunicatoq́, hęretico, & à collatione ordinum ſuſpenſo, & qui epiſcopatui renunciauerat, ad ſacros ordines ſunt promoti, ac ſuſpenſionis, excõmunicationis, ac interdicti cenſura nodati, non ieiuni, ac in die ſæpius, & ſine aqua & igne, uel in pane fermentato, & calice ligneo, & ſuper altari non conſecrato, ac in priuatis locis ſine licentia epiſcopi celebrarunt, Miſſamq́ pro requie defunctorũ promulgatam pro uiuis celebrarunt hominibus, ut illi mortis incurrerent periculum, Euchariſtiam ob ebrietatẽ ac uoracitatem euomuerunt, ac ob negligentiam ipſorum aliquid ſanguinis ſtillauit in terra & in altari, aliquoties inſuper celebrando corpus & ſanguinem domini non percipiebant, ſuper rebus aptis ad faciendũ ſortilegia & ad illũ effectum tãtùm unam, uel plures miſſas ſcienter celebrarũt, adhibitis nepharijs precibus, & uerbis ſuperſtitioſis, in cuſtodia Euchariſtiæ deſides. Commendatumq́ ſibi infirmum baptizare noluerunt, beneficia plura poſsident, quorum aliqua patres eorũ nullo

Coram vobis domino N.

CAPVT II.

QVoties enim ad expurgādam eccleſiaſticam rempublicam facinoroſis clericis alicuius eorum flagitium nunciandum eſt, decet ut id in præſentia iudicis fiat. Sic enim & iudex ipſe perpendere poterit, quæ ſit perſonæ qualitas cōtra quam denunciatio ſit, quæ inſuper delicti ſpecies ac grauitas, ut iuxta illam quæ futura ſunt ordinet, ac præcipiat, intelligatq; quo animi motu, quáue certitudine delicti, fiſcalis ſuus, aut quiuis alius denunciaturus accedit, & an etiā negocium id de quo agitur notario qui tunc ſe illi offert, tuto committi ualeat. Non enim in criminalibus cauſis minima cura iudicis debet eſſe perſonam notarij eligere, ac uariare iuxta caſuum & negotiorum occurrentiam, cùm præcipuè inter plures optio datur. Multùm nāq; impedit delictorum correctionem tabellionum animus corruptus precibus aut precio, ſeu particulari quadam affectione, unde ſæpius cauſarum ſecreta reuelant, teſtes negligenter, & non ut decet, examinant, & iudices ipſos uarijs perſuaſionibus & fictionibus ad ſuæ prauæ intentionis tramitem inclinare ſatagunt, aut aptis importunitatibus oppugnant, eorū inſuper torpore & ſegnitie (cùm à iudicibus ſeu fiſcalibus in ſimilibus cauſis nihil accipiant, quò ad laborem ſcribendi & ſolicitudinem inſtigentur) perit ſæpius probationū copia, & reorum pauperum defenſio. Oportebit etiam de omnibus curiæ tabellionibus diffidere, quando illos certioraturos malefactorem de his quæ geruntur, iudex ꝓbabiliter ſuſpicatur, extraneūq;

quærere

LVGDVNI
apud Theobaldum
Paganum.
1543

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

Ovid. lib. 1. amor. eleg. 3.
ad amicam aqua regidam... potest

Iusta precor: quae me nuper praedata puella est,
aut amet, aut faciat cur ego semper amem
... nimium volui, tantum patiatur amari,
audierit nostras tot Cytherea preces
accipe per longos tibi qui deserviat annos
accipe qui pura norit amare fide
si me non veteris commendant magna parentis
nomina si nostri sanguinis auctor eques
nec meus innumeris renovatur campus aratris
temperat et sumptus parcus uterque parens

non mihi mille placent non sum desultor amoris
tu mihi (si qua fides) cura perennis eris
tecum quos dederint annos mihi fila sororum
vivere contingat teque dolente mori
nos quoque per totum pariter cantabimur orbem
iunctaque semper erunt nomina nostra tuis
cuncta quae semper erunt no...
finis

Ovid. lib. 1. eleg. 7. ad amicam quam verberaverat

Quis mihi non demens, quis non mihi barbare dixit
ipse mihi: patiendo lingua revinta mea est.
At tamen fecere ... ...
egit ... ore silente reum.
ante meos humeros vellem cecidisse lacertos.
utilius potui parte carere mei
in mea vesanas habui dispendia vires,
et valui poenam fortis in ipse meam
quid mihi vobiscum caedis sceleumque ministrae
debita sacrilegae vincla subite manus.
at nunc sustinui raptis a fronte capillis
ferreus ingenuas ungue notare genas
adstitit illa amens: albo et sine sanguine vultu
caeduntur Pariis qualia saxa iugis
exanimes artus et membra trementia vidi
ut cum populeas ventilat aura comas

ut galeae ... graculis ...
... ...
suspensae ... lacrimae fluxere per ora
qualiter abiecta de nive manat aqua
tunc ego ... ...
sanguis erant lacrimae, quas dabat illa, meus
... ... pro supplex
ter formidatas reppulit illa manus
at tu ne dubita minuet vindicta dolorem
protinus in vultus unguibus ire meos
nec nostris oculis nec nostris parce capillis
qualibet infirmas adiuvat ira manus
neve mei sceleris tam tristia signa supersint
pone recompositos in statione comas
finis

Lamayor venganza de la mar